



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Simonia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

par. 4. refol. 293. num. 30.

- 2 Filia minor, non obstante novo Rituale, sepelienda est in sepulchro maiorum illius in Ecclesia Fratrum. Cong. Epis. 21. Octob. 1616.
- 3 Suscipientes habitum à Guardiano, vel alio, cui ille commiserit, & cum eo decedentes, sunt tradendi sepulturæ in Ecclesijs eiusdem ordinis, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmouit eorum cadaueria. Cong. Rit. 11. Dec. 1615.
- 4 Peregrinus decebens, dum est in via, sepelitur in cathedrali. Cong. Epis. 9. Iunij. 1592.
- 5 Excommunicatus notorius, si penitentia signo dederit in articulo mortis, sepeliendus est in Ecclesia. ead. 9. Jul. 1619.
- 6 Sepultura non debet retardari sub quoquis prætextu compositionis quartæ funeralis ead. 5. Mij. 1617.
- 7 Nō debet Episcopus dare licetia exhumandi corpus ad hoc, vt laici sumat indicia in criminalibus ead. 22. Nov. 1619.

### Sequestrum.

- 1 Ita pendente datur facultas iudicibus decernendi sequestra super fructibus beneficiorum Sedis Apostolicae reseruatorum, seu affectionum, et nulliter co-latorum. Pius IV. Anno 1560.
- 2 Fructus beneficiorum, lite pendente, deponi debent apud personam à iudice diligendam, contra qualibet statuta. Pius V. Anno 1568.
- 3 Distributiones quotidianaæ Canonico-rum non possunt sequestrari. Monet. de distrib. par. 1. qu. 9. concl. 1. nisi in quibusdam casibus, & cū moderatione, ne fame pereat Canonicus. ibid. concl. 3. 4. 5. 6.

### Simonia.

- 1 Quidam pro beneficijs obtinendi se exponunt examini simulate pro alijs, seu pro se, aut alijs cum oblatione pensionis annuae, aut cum spe consequendi pensionem, seu commodum, seu ut alijs resignent liberè, vel cum pensione; eo ipso sunt excommunicati, & priuati omnibus beneficijs, inhabilesque facti ad omnia beneficia. Paul. IV. An. 1557.
- 2 Et collatio eiusmodi est nulla. idem ibid.
- 3 Beneficia in confidentiam, aut ad effe-Barth. Gauant.

Etum reservationum sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere nemo præsumat, sub excommunicatio-nis latæ sent. pœna, Papæ reseruata. Pius IV. Anno 1564.

- 4 Et sub pœna nullitatis. idem ibid.
- 5 Casus confidentiarum, modi eas probadi, testium qualitates, penæ priuationis inhabilitatis, excommunicationis &c. fufus habentur in Bulla Pij V. A. 1569.
- 6 Qui Dignitates acquisierit per simonia, ipso iure sit priuatus, & inhabilis est ad eas, & alias obtinendas. idem An. 1566.
- 7 Qui beneficium, aut officium ecclesiasticum, si illis eo ipso priuatus, & ad restitutionem omnium fructuum teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad alia. ibid.
- 8 Episcopum accipere aliquid pro expeditione literarum beneficii, simonia est. Sà. simoni a num. 3.
- 9 Qui ordines, & beneficia contulerit, pœnas à iure statutis, quicunque ille sit puniatur. Trident. sess. 24. cap. 6.
- 10 Qui conuictus fuerit in consequendis ordinibus de simonia, eo ipso sit suspensus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. Pius V. supra.
- 11 Qui pluries conuictus fuerit, preter supradictas pœnas corporaliter puniantur, & ab ordinibus degradatus eiiciantur à consortio fidelium. Trid. loco cit.
- 12 Ne in Sacramentorum administratione simoniacum quid fiat, Ordinarii curéti, & puniant gratissimè delinquentes idem ibid.
- 13 Episcopus sciens sacerdotem suum subditum pro Sacramentis aliquod premium accipere à non spon te dante, & corrigere negligit suspenditur ab officio per bimestre. Barbol. alleg. 111. n. 22.
- 14 Proponens item iudicem caluum, gratiatum, & indulgentiarum, soluto certo pretio, suspenditur ab ingressu ecclesie, & perceptione fructuum, reseruata Papæ. idem ibid. num. 40.
- 15 Potest Episcopus absoluere à simonia occulta. Trid. sess. 24. cap. 6. V. Casus reseruati. num. 3. Censura. num. 6. Litteræ dimis-soria. num. 16. Ordo. num. 59. 60.

### Sodomia.

- 1 Clericus Sodomita curie seculari traditur puniendus. Pius V. An. 1566.

N

2 Priua-